

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Avctor Christiano Et Pio Lectori:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

AUCTOR CHRISTIANO ET
PIO LECTORI:



VAMVIS CHRISTIANA RESPUBLICA tam Sæcularis, quam Ecclesiastica, & Religiosa perfectionem, quam Christus Dominus noster in sancto suo Euangelio docuit, profiteatur, eum in modum, quo primo Tomo huius operis dictum est: particula in excellentia complectitur Status aliquos ad eandem sectam dicatos, per media quadam præclariora (quæ vocamus consilia Euangelica:) in quibus præcipue eminet Religiosa Republica, cuius id est studium ut ex Instituto peculiaribus rotis se obstringat, ad amplectenda & seruanda tria insigniora consilia; PAVERTATIS, CASTITATIS, & OBEDIENTIE, aliaque multa in eius Constitutis, quibus ac Regulis contenta: quibus eadem exornat magis, & corroborat, ex quo prodeunt varia felicis huius Status Instituta. Sed quoniam etiam in Republica Sæculati, & Ecclesiastica seruantur aliquia horum consilio, non instituemus hic particulates Tractatus, qui omnibus usui esse possint: prout in loco Introductionis breui TRACTATV GENERALIS DOCTRINÆ hortent consiliorum, & speciatim eorum, qua Supremus noster Magister in solenni illo sermone docuit, quem ad suos discipulos in Monte habuit; cum omnibus excellentijs: & commodis, quæ illa adferunt. Supradictum quod fundamentum sex alias Tractatus construemus. Ideoque SECUNDVS erit de Statibus VIRGINITATIS, & CONTINENTIAE: quæ ad omnes tres Republicas se extendunt. In quo Tractatu varios explicabimus gradus ac præminentias; fortia certamina, tentationes; & modum ac viam eas vincendi ac superandi. Virtutes etiam insigniores; quæ variis illos gradus comitantur: quales sunt Humilitas, Fiducia in Deum, Prudentia, & Fortitudo, studiosa Verecundia, & Modestia, Temperantia, & abstinentia. TERTIVS TRACTATVS erit de Statu REGIGIOSO cum rebus omnibus substantialibus, quas ille complectitur; qualis est eius Institutio, celitudo, varijs fines in diuersis Institutis, eius vota Regule, & præclara præmia, quæ Dominus noster eis proponit: & quodammodo connexuit, pro hac & futura vita: ut ita pluris fiat; ac proinde plus diligatur. Quoniam autem Status hic aded est excellens, arduus, ac difficilis, ut vires nostras naturales excedat; addemus statim TRACTATVS QVARTVM de specialibus Dei Vocationibus, ad eum amplectendum; de varijs ac stupendis medijs; quibus eas dirigit: varijs vijs manifestans misericordias, ac pericula huius mundi; excellentias vero & virtutates vitae Religiosæ. Ex quoniam varia itinera in ea conficiuntur, succedit QUINTVS TRACTATVS, in quo de omnibus illis rebus agetur, quæ

tum à prima vocatione vsque ad ipsum Religionis ingressum, quasi ad ~~OB~~
B A T I O N E M, sicut solent ingredi Tyrones) euenire soleant: tum de his, quæ
in ipso Tyrocinio practicantur, vsque ad V. o T O R V M O B L A T I O N E M siue
P R O F E S S I O N E M; quibus plenè efficientur Religiosi, manentque in Statu
P E R F E C T I O N I S. In quo etiam proponeimus varias P. oblationes, adhiben-
das, ad dignoscendam veritatem & stabilitatem vocationis; Tentari, ne; Dæ-
monis peculiares, quibus eam impugnat; modum quo & rationem e. vin-
cendi; exercitia Perfectionis, quibus dum in tyrocinio versantur, occupari
debent vsque ad ipsam oblationem, spiritum etiam & feruorem, quo eam
sunt edituri, **S E X T U S T R A C T A T U S** erit de perfecta trium virorum
P A V P E R T A T I S, C U S T I T A T I S, & O B I E D I R T I A E obseruatione; in-
xta proprias cuiusque Religionis Regulas: & in particulari exponemus, quod
excellentissimum & perfectissimum est sing. opus virorum: in quo Reli-
giosi omnes meritò deberent eminere. **V L T I M U S** denique **T R A C T A T U S**
explicabit **S U M M A M P E R F E C T I O N E M**, ad quæ in omnes i. perfecta Re-
gularum: suarum obseruantia adspicere debent: explicatis, excellentibus, ma-
gisque heroicis Regulis, in quibus glorioli huius Status p. extantia magis
resplendet. Hæc omnia sunt am virorum, quæ in illerur. Religionibus
communia. Quamuis virorum, prout nunc res est in praxi, soleant et-
iam exercere ministeria ad Hierarchiam, & Rem publicam Ecclesiasticam
spectantia: qualia sunt Sacerdotum, Confessorum, literarum studijs atten-
dientium, Magistrorum, Doctorum, Concionatorum, ac Prælatorum, & præ-
terea officium Diuinum priuatum dicendi, aut canendi: quod etiam est com-
mune Monialibus; & assistendi eidem Oficio, & Sanctissimo Missæ sacrificio,
quod etiam est commune omnibus Secularibus. **Q V A R T Y S** erit, & ultimus:
ne tertius hic prolixior sit, quam par esset: quod reuera euenisset, si hæc
omnia ei accessissent: quemadmodum in primo to-
tius operis prologo faturum insinua-
uius.



INDEX